

Index alphabeticus.

Agnetis de Monte Politiano Virg. dupl. 20. Aprilis.	31*
Angelæ Mericiæ Virg. dupl. 21. Febr.	1*
Bartholomæi Gutierrez Mart. duplex. 2. Martii.	4*
Boni Latronis, duplex. 24. Aprilis.	.
Catharinæ Bononiensis Virg. duplex. 9. Martii.	9*
Catharinæ de Ricciis Virg. duplex. 13. Febr.	1*
Coletæ Virg. duplex. 6. Martii.	7*
Conversionis S. Augustini duplex. 5. Maii.	.
Emigdii Episc. et Mart. duplex. 28. Febr.	2*
Gelasii Mart. duplex. 14. Febr.	1*
Joannis Nepomuceni Mart. duplex ij. classis cum Oct.	.
16. Maii.	52*
— — Octava, duplex. 23. Maii.	54*
Joseph ab Arimathæa Conf. duplex. 22. Martii.	27*
Joseph Patrocinii Octava, dupl. Dom. IV. post Pascha.	.
Julianæ Cornelionen. Virg. dupl. 6. Aprilis.	31*
Marie B. V. Gaudiorum, duplex ij. classis. Sabbato	.
ante Dominicam III. post Pascha.	33*
— — de Luce, duplex j. class. cum Oct. Fe-	.
ria IV. post Dominicam Ascensionis	.
Domini.	40*
Margaritæ de Cortona Pœnitent. duplex. 22. Febr.	2*
Maximi Mart. duplex. 21. Aprilis.	.
Philippi Nerii Conf. dupl. ij. classis. 26. Maii.	56*
Primitivi Mart. duplex. 10. Junii.	63*
Reliquiarum Ss. Commem. duplex. 26. Martii.	29*
Ritæ de Cassia duplex. 22. Maii.	52*
Sanguinis pretiosissimi D. N. J. C. dupl. maj. Feria VI.	.
post Domin. IV. Quadrag.	19*
Spineæ Coronæ Ss. D. N. J. C. dupl. majus. Feria VI.	.
ante Festum S. Joseph.	11*
Victoriani Mart. duplex. 23. Martii.	29*
Viti et Soc. Mart. duplex. 15. Junii.	65*
Lectiones iij. Nocturni in Evang. <i>Nolite arbitrari</i> , pro	.
uno Mart. non Pont.	6*
Exorcismus contra imminetentem tempestatem.	66*



Homiliæ nonnullæ e Breviario et
Octavario Romano collectæ.

Pro uno Martyre.

IV. ALIA HOMILIA.

Lectio sancti Evangelii
secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. x.

IN illo tempore : Dixit
Jesus discipulis suis :
Nolite arbitrari, quia pa-
cem venerim mittere in
terram : non veni pacem
mittere, sed gladium. Et
reliqua.

Homilia sancti Hilarii
Episcopi. Cap. x.

BUÆ ista divisio
est? inter prima
enim legis præcé-
pta accépimus : Honóra
patrem tuum et matrem
tuam; et ipse Dóminus
ait : Pacem meam do
vobis, pacem meam relin-
quo vobis. Quid sibi vult
missus potius gladius in
terram, et separátus a pa-
tre filius, et filia a matre, et
nurus advérsus socrum, et
hóminis doméstici ejus ini-
mici? Igitur exinde públi-
ca auctóritas impietáti
proferrétur. Ubique ódia,
ubique bella, et gladius
Dómini inter patrem et
filium, et inter filiam ma-
trémque desæviens.

℞. Coróna áurea.

Lectio vij.

Gladius telorum óm-
nium telum acutíssi-
mum est, in quo sit jus
potestátis, et judicii sevê-
ritas, et animadvérsio pec-
catorum. Et hujus quidem
teli nómine novi Evangé-
lii prædicatióem appel-
látam frequens in Pro-
phétis auctóritas est. Dei
igitur verbum nuncupá-
tum meminérimus in glá-
dio : qui gladius missus in
terram est, idest, prædi-
cátio ejus hóminum cór-
dibus infúsa. Fitque gravis
in domo una dissénsio, et
doméstica novo hómini
erunt inimica : quia ille
per verbum Dei dívísus ab
illis, manére et intérior et
extérior, idest, et corpus
et ánima, in spiritus novi-
táte gaudébit.

℞. Hic est vere Martyr.

Lectio ix.

Pergit deinde eódem
præceptórum et intel-
ligéntiæ decúrso. Nam,
posteaquam relinquenda
omnia, quæ in sæculo ca-
ríssima sunt, imperáverat,
adjécit : Qui non accípit
crucem suam, et séquitur
me, non est me dignus :

quia qui Christi sunt, crucifixerunt corpus cum vitis et concupiscentia. Et indignus est Christo, qui non crucem suam, in qua compatiuntur, commorimur, consepelimumur, conresurgimus, accipiens, Dominum sit secutus, in hoc sacramento fidei spiritus novitate victurus.

Te Deum.

V. ALIA HOMILIA.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vij. Cap. x.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. i. in Matth. cap. x.

Supra dixerat, Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: et quod in aure auditis, praedicare super tecta. Nunc infert, quid post praedicationem sequatur. Ad fidem Christi totus orbis contra se divisus est: unaquaque domus et infideles et credentes habuit, et propterea bellum misum est bonum, ut rumpere pax mala. Tale quid et in Genesi adversus rebelles homines, qui moti

fuerant de Oriente, et turrem extruere festinabant, per quam caeli alta penetrarent, fecisse scribitur Deus, ut divideret linguas eorum.

℞. Corona aurea.

Lectio viij.

Veni enim separare hominem adversus patrem suum. Hic locus prope iisdem verbis in Michæa Propheta scribitur. Et notandum, ubicumque de veteri Testamento testimonium ponitur, utrum sensus tantum an sermo consentiat. Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Qui ante praemiserat, Non veni pacem mittere, sed gladium, et dividere homines adversus patrem et matrem, nurum et socrum; ne quis pietatem religioni anteferet, subjicit dicens: Qui amat patrem aut matrem plus quam me. Et in Cantico legimus canticorum: Ordinavit in me caritatem. Hic ordo in omni affectu necessarius est; ama post Deum patrem, ama matrem, ama filios.

℞. Hic est vere Martyr.

Lectio ix.

Ordo pulcherrimus: ad praedicationem mittit, docet pericula non timenda, affectum subicit reli

gioni. Aurum supra tulerat, aes de zona excusserrat. Dura Evangelistarum conditio. Unde ergo sumptus, unde victus necessaria? Austeritatem mandatorum spe temperat promissorum: Qui recipit, inquit, vos, me recipit: et qui me recipit, recipit eum qui me misit: ut in suscipiendis Apostolis unusquisque credentium Christum se suscepisse arbitretur.

Te Deum laudamus.

Pro pluribus Martyribus.

IV. ALIA HOMILIA.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vij. Cap. xxiv.

In illo tempore: Sedente Jesu super montem Oliveti, accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes: Dic nobis, quando haec erunt? Et reliqua.

Homilia sancti Hilarii Episcopi.

Comm. in Matth. cap. xxv.

Discipuli Dominum interrogant quando haec fierent, quodve signum et adventus sui et consummationis saeculi noscerent. Et quia haec in unum quaesita sunt; distinctis et temporis et intelligentiae significa-

tionibus separantur. Respondetur igitur primum de civitatis occasu: et confirmantur veritate doctrinae, ne quis fallax ignorantibus posset obrepere. Venturi enim erant etiam eorum tempore qui se Christum essent nuncupaturi. Ut igitur fides pestifero mendacio detrahi posset, admonitio praecessit.

℞. Propter testamentum.

Lectio viij.

Confirmat igitur eos ad tolerantiam passionum, fugae, verberationis, interitus, et publici in eos odii propter nomen ejus. Atque his quidem vexationibus multi turbabuntur, et tantis insurgentibus malis scandalizabuntur, et usque in mutuum odium excitabuntur. Et falsi prophetae erunt (ut Nicolaus unus ex septem Diaconibus fuit) multosque ementita veritate pervertent: et abundante nequitia caritas refrigescet.

℞. Sancti mei.

Lectio ix.

Sed usque in finem perseverantibus salus reservata est: ac tum per omnes orbis partes viris apostolicis dispersis, Evangelii veritas praedicabitur. Et cum universis fuerit cognitio sacramenti coe-

léstis invécta, tum Jerúsalem occásus et finis incúm-
bet : ut prædicatiónis fi-
dem et infidélium pœna,
et metus civitátis érutæ
consequátur. Hæc igitur
in eam, ut fúerant prædi-
cta, perfécta sunt : et la-
pidátis, fugátis, perémp-
tis

Apóstolis, fame, bello,
captivitáte consumpta est.
Ac tum fuit digna non es-
se, cum ejectionis prædicató-
ribus Christi, indignam
Dei prædicatióne se præ-
buit.

Te Deum laudámus.



Concordat cum originali. — IMPRIMATUR.
Tornaci, die 2 Januarii 1902.
Vict. DUREZ, Vic. Gen.

